



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc.
Iesv Theologi**

Albertini, Francesco

Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV

2. Flam[m]æ vrentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46785](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46785)

cecinit Psalmista, *Qui facit angelos suos spiritus.*

Secundò *flamma vrentes* quia per sanctas inspirationes ac salutis monita cor nostrum vitijs tepefactum, amore Dei inflammant. *Qui facit*, loquitur idem Psalmista, *ministros suos ignem vrentem.*

Tertiò vocantur Ministri nostri, quòniã in viã salutis nobis adiuventi sunt, ac de omnib⁹ medijs ad illã requisitis prospiciunt, *omnes sunt administratorij Spirit⁹*, inquit Apost.

Quartò Milites, quia pro nobis aduersus humanæ Naturæ inimicum Sathanam prælium ineunt, promittente Deo per Zachariam: *Circundabote ex his, qui militant mihi*, id est, quo pacto S. Hieronymus interpretatur, Angelis.

Quinto oculi Christi, vndiq; vigilantissimè circumspicientes, nè quid seruis illi⁹ in terrestri peregrinatione deficiat, ita ex Zacharia colligitur dicente, *super lapidem oculi septē*, qui in Apoc. Ioannis vocantur, *septē spiritus missi per omnem terrã.*

Zach. 4
Hier. ib.

Zach. 3^o

H

Sextò